Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater

Domine Domine Clementissime.

Post oscula Beatorum Pedum SANCTITATIS VESTRÆ Meiq ac Regni & Dominiorum Meorum Paternæ curæ & solicitudini humillimam commendationem. Dum sic fauente Numine cessante diuturni belli tempesta, te conclusaq feliciter pace Camenecum præcipuu Regni mei propugnaculu ab Othomana potentiâ à multo tempore occupatum ad compagem huius Reipublicæ redierit, & Episcopatus ill à longo tempore uacet, ad quem Vblem in Christo Prem Chrysostomu Benedictu GNINSKI Referendariu Regni & Abbatē Vagrouecen & Landen Ordinis Cistercien SANCTITATI VRÆ proponendu & commendandu in animu induxi non tantum ex probitate uitæ, doctrinâ, & in rebus agendis singulari dexteritate, iunctâ Ipsi cum Splendore Natalium ex uetustissima Trachorw Familia, ergà Ecclesiam Catholicā meritissima, in publicis Regni Officijs & consilijs prudentiâ & pietate commendabilem, sed & Ecclesiæ illi præsenti statu apprime necessarium, qui etiam Prædecessoris Mei ad Dinæ memoria SANCTISSIMI VRÆ Antecessorem Clementem X [illegible] Pastorem cum Vexillo Othemanico Victoriæ Chocimensis Oratorem Aō 1673 egit, ab eoq Protonotariꝰ de Numero Participantiu & Prælati Domestici Auctus honore, in uarijs etiā alijs publicis functionibꝰ & Ministerio Regni dignè & laudabiliter semper in hocusq tempus gesto [illegible] Suā & Actiuitatem multis documentis comprobauit. Ideirco eundem utpote eximiu & probum Virum in Episcopu Camenecensem [illegible] proferre meo Regio Nomine & SANCTITATI VRÆ confirmandum hiscè propono, supplicans humillimè quatenus hanc meam Nominatōem [illegible] assensu approbare & Bullas Aplicas pro eodem Epātu Camenecen cum retentione Abbat Vagrouecen & Landensis [illegible] respectu desolatis & ruinæ tam Ecclarum illius Cathedræ totius Diœcesis, quam & Bonoru Episcopaliu in cineres & fauillas [illegible] belli totaliter redactoru, Eidem pdicto Vbli Chryso: Benedi: GNINSKI clementinè concedere, & ut extradantur per, [illegible] Epātum Camenecen cum dictis Abbatijs retinere possit, consentire Paternè dignetur. Interim optimam & [illegible] SANCTITATI VRÆ totius Orbis Vniuersali Pastori ualetudinem, diuturnumq rerum Christianarum moderamen ex animo apprecor. Dabantur Varsauiæ die XX Mensis Julij Anno MDCXCIX. Regni uero mei III Anno.

Sanctitatis Vræ Domini Domini Mei Clementissimi

obedientissimus Filius

Augustus Rex Poloniæ

332

Nomin[e] Gniesnen[sis] ad Ep[isco]p[atu]s Camen[ecensem] ...

Sanctiſsimo ac Beatiſsimo in Christo Patri, Domi-
no Innocentio Duodecimo Sanctæ Romanæ ac Uni-
versalis Ecclesiæ Pontifici Optimo Maximo Domi-
no D[omi]no Clementiſsimo.

No 3.

Sereniſsimi Augusti Poloniæ Regis.

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy BIBLIOTEKA Główna

RKP 1223/2